

bebit maximum thesaurum in se, erit  
 filia Regis ornata ab intus, & divitias  
 gazasque suas absconditas feret. Sin  
 mundo despontata est, Christo nubere  
 non potest. Verba sunt Servatoris no-  
 stri Lucæ 12. *Ignem Geni mittere in terrā:*  
*qui ignis amoris divini utinam sic ex-*  
*ardescat, ut omnes nostri affectus, ap-*  
*cetus carnales & libidines ab illo ab-*  
*sumantur! Non Geni pacem mittere, sed*  
*gladium; Matth. 10. Faxit De⁹ ut gladio*  
*Spiritus divini omnes carnales concu-*  
*piscientię & voluptates mortificantur,*  
*quo De⁹ in nobis vivere & operari pos-*  
*sit. Quod si nūc aliquis dicat se per im-*  
*pedimenta vocationis suę in corsuum*  
*secedere nō posse, ei autor sum, ut no-*  
*tu vel interdiu locū, tempus & opor-*  
*tunitatem, quaqua potest ratione, ca-*  
*ptet, ad secedendum aliquantis per in-*  
*fundum & penetralia animi sui, & cum*  
 B. Augustino dicat: *O Domine Deus, pla-*  
*ceat tibi mecum pactum inire, vt ego fundi-*  
*tus mihi moriar, Et tu in me vivas; ego pla-*  
*nè intra me taceam, Et tu ècontra in me lo-*  
*quaris; ego deniq; ab omnibus intra me fe-*  
*riar, ut tu in me opereris, Amen.*

**CAPUT III.****IN FIDE CONSISTERE TOTUM***thesau-*